

CAEREMONIALE EPISCOPORUM

(1984)

- DE EXSEQUIIS QUIBUS EPISCOPUS PRAESIDET
- DE MORTE ET EXSEQUIIS EPISCOPI

BISKUPSKÝ CEREMONIÁL

(pracovní překlad)

- POHŘEB, JEMUŽ PŘEDSEDÁ BISKUP
- SMRT A POHŘEB BISKUPA

Pozn: Liturgická kniha *Caeremoniale episcoporum* byla vydána v r. 1984, její dotisk pak v roce 2008. Originální latinský text kapitol „Pohřeb, jemuž předsedá biskup“ a „Smrt a pohřeb biskupa“ je zde uveden spolu s pracovním překladem do češtiny.

PARS VI, CAPUT VII
DE EXSEQUIIS QUIBUS EPISCOPUS
PRAESIDET

PRAENOTANDA

821. Valde convenit ut Episcopus, quippe fidei praeco et consolationis minister, praesideat, pro posse, exsequiis quae cum magno populi concursu peraguntur, praesertim quando agitur de Episcopo vel presbytero defuncto.

822. Ad exsequias celebrandas haec parentur:

a) In secretario vel loco aptiore:

sacrae vestes coloris exsequialis:

- pro Episcopo: alba, stola, crux pectoralis, pluviale pro processione et celebratione verbi Dei, casula pro Missa, mitra simplex, baculus pastoralis;
- pro concelebrantibus: vestes pro Missa;
- pro diaconis: albae, stolae, (dalmaticae);
- pro ceteris ministris: albae vel aliae vestes legitime probatae.

b) In domo defuncti:

- Rituale Romanum;
- crux in processione ferenda et candelabra;
- vas aquae benedictae cum aspersorio;
- turibulum cum navicula incensi et cochleari.

c) In presbyterio:

- ea quae ad Missae celebrationem vel celebrationem verbi Dei requiruntur.

d) Prope locum ubi deponitur feretrum:

- cereus paschalis;

ČÁST VI, KAPITOLA VII
POHŘEB, JEMUŽ PŘEDSEDÁ BISKUP

OBEČNÁ USTANOVENÍ

821. Velmi se doporučuje, aby biskup, jako hlasatel víry a služebník útěchy, pokud možno předsedal pohřebním obřadům, které se konají za velké účasti lidu, zvláště jde-li o pohřeb biskupa nebo zemřelého kněze.

822. Ke slavení pohřebních obřadů je třeba připravit:

a) V sakristii nebo jiném vhodném místě:

posvátná roucha pohřební barvy:

- pro biskupa: alba, štóla, pektorál, pluvíál pro průvod a bohoslužbu slova, ornát pro mši, jednoduchá mitra a berla;
- pro koncelebranty: mešní roucha;
- pro jáhny: alby, štóly (a dalmatiky);
- pro ostatní přísluhující: alby nebo jiná právoplatně schválená roucha.

b) V domě zemřelého:

- Římský rituál;
- procesní kříž a svícny;
- svěcenou vodu s kropáčem;
- kadidelnici s lodičkou a lžičkou.

c) V presbytáři:

- vše potřebné ke slavení mše nebo bohoslužby slova.

d) U místa, kde bude postavena rakev:

- paškál;

- ea quae ad ritum commendationis requiruntur.

823. In celebratione exsequiarum, praeter distinctionem ex munere liturgico et Ordine sacro manantem, et praeter honores ad normam legum liturgicarum auctoritatibus civilibus debitos, nulla privatarum personarum aut condicionum, sive in caeremoniis, sive in exterioribus pompis, habeatur acceptio.

Laudabiliter servanda est consuetudo deponendi defunctum ea positione quae ipsi communis fuit in coetu liturgico.

824. In celebratione exsequiarum omnino servetur nobilis simplicitas. Laudabiliter igitur supra pavementum feretrum et prope feretrum unus cereus paschalis collatur. Super feretrum ponitur vel Evangelium vel Sacram Scripturarum codex, aut crux.

Si defunctus est minister ordinatus, secundum locorum consuetudinem, deponi possunt insignia proprii ordinis.

Altare floribus ne ornetur. Sonus organi et aliorum instrumentorum permittitur tantum ad cantum sustentandum.

DESCRIPTIO RITUS

825. Praesertim cum de funere alius Episcopi agitur, attentis locorum consuetudinibus et convenientiae rationibus, praeferendus est primus typus exsequiarum in Rituali Romano praevisus qui tres stationes complectitur, scilicet in domo defuncti, in ecclesia et in coemeterio, cum duabus processionibus intermediis. Hoc in casu laudabiliter Episcopus praesideat etiam stationi in domo defuncti et primae processioni.

- vše potřebné k obřadu posledního rozloučení.

823. Při slavení pohřebních obřadů, kromě rozdílů vyplývajících z liturgické služby a ze stupně svěcení, a kromě poct, které podle liturgických předpisů náleží civilním autoritám, se nesmí brát zřetel na žádné soukromé osoby ani na jejich společenské postavení, a to jak v samotných obřadech, tak v zevních průvodech či okázalostech.

Je chvályhodné zachovat zvyk položit zemřelého do takové polohy, jaká mu byla vlastní při liturgickém shromáždění.

824. Při pohřebních obřadech se má zachovat vznešená jednoduchost. Je proto chvályhodné, aby byla rakev umístěna přímo na podlahu, a aby byl u ní postaven jeden paškál. Na rakev se klade buď evangeliář, nebo kniha Písma svatého, anebo kříž.

Byl-li zemřelý nositelem svěcení, mohou být podle místních zvyklostí položeny i odznaky jeho vlastního stupně svěcení.

Oltář se nezdobí květinami. Zvuk varhan a jiných hudebních nástrojů je dovolen jen k podpoře zpěvu.

VLASTNÍ OBŘAD

825. Zejména jde-li o pohřeb jiného biskupa, je vzhledem k místním zvyklostem a konvencím vhodné dát přednost první formě pohřebních obřadů, z Římského rituálu a která obsahuje tři zastavení: v domě zemřelého, v kostele a na hřbitově, se dvěma průvody mezi nimi. V takovém případě je chvályhodné, aby biskup předsedal i zastavení v domě zemřelého a prvnímu průvodu.

Si Episcopus ipse domum defuncti non adeat et tamen haec statio peragenda sit, ab uno e presbyteris cui id competat celebretur; Episcopus vero in ecclesia exspectat ad cathedram vel in secretario.

826. Quando Episcopus praesidet stationi in domo defuncti et processionem ad ecclesiam, loco aptiore induit albam, crucem pectoralem, stolam ac pluviale coloris exsequialis et assumit mitram simplicem atque baculum pastorem. Concelebrantes, si aderint in Missa, iam ab initio induuntur vestibus praescriptis.

Diaconi et ministri suis vestibus induuntur.

827. In domo defuncti, Episcopus humaniter salutat adstantes, exprimens eis consolationem fidei. Deinde aptus psalmus, pro opportunitate, sponsoriali modo dicitur. Postea Episcopus, depositis baculo et mitra, subiungit congruam orationem ex iis quae in Rituali Romano indicantur.

828. Si delatio defuncti ad ecclesiam fit cum processione, primus de more incedit turiferarius cum turibulo fumiganti, deinde minister cum cruce inter duos acolythos candelabra deferentes, postea clerici et diaconi, veste talari et superpelliceo induti, presbyteri, proprio choralis habitu induti, deinde concelebrantes, si aderint, et Episcopus cum mitra et baculo duobus diaconis comitantibus, denique ministrantes ad librum et baculum feretrum praecedentes.

Interim cantantur psalmi, vel alii cantus apti ad normam Rituali Romani.

Pokud biskup sám nejde do domu zemřelého, a přesto se toto zastavení má konat, ať je slaví jeden z kněží, kterému to přísluší; biskup počká v kostele u katedry nebo v sakristii.

826. Když biskup předsedá v domě zemřelého a vede průvod do kostela, na vhodném místě obleče albu, pectorál, štólu a pluvíál pohřební barvy a přijme jednoduchou mitru a berlu. Pokud budou při mši koncelebranti, již od začátku oblékají předepsané oděvy.

Jáhni a přísluhující oblékají vlastní oděvy.

827. V domě zemřelého biskup vlídně pozdraví přítomné a potěší je útechou víry. Následuje vhodný žalm, dle vhodnosti pronesený sponsoriálním způsobem. Pak biskup odloží berlu a mitru a připojí vhodnou modlitbu z Římského rituálu.

828. Pokud se tělo zemřelého nese do kostela v průvodu, jde napřed podle zvyku turiferář s kouřící kadidelnicí, za ním přísluhující s křížem, po jehož stranách kráčí dva akolyté nesoucí svícny; poté klerici a jáhni v klerice a superpelici, za nimi kněží ve vlastním chórovém oděvu, dále koncelebranti, jsou-li přítomni, a nakonec biskup s mitrou a berlou doprovázen dvěma jáhny. Za nimi jdou přísluhující nesoucí knihu a berlu, kteří jdou před rakví.

Při průvodu je možno zpívat žalmy nebo jiné zpěvy vhodné podle Římského rituálu.

829. Si non fit statio in domo defuncti, Episcopus vel unus e presbyteris ad ianuam ecclesiae omnia peragit.

830. Ad ingressum in ecclesiam et ad initium Missae, de more unicus peragatur cantus, ut in Missali; attamen, si specialis ratio pastoralis hoc requirat, potest adiungi unum ex responsoriis, quae in Rituali Romano indicantur.

831. Cum ad altare pervenerit, Episcopus baculum et mitram dimittit, altare veneratur et, pro opportunitate, incensat et pergit ad cathedram ubi deponit pluviale et assumit casulam. Episcopus potest, si id opportunius videatur, pluviale deponere et casulam assumere, cum ad altare pervenerit et antequam illud veneretur.

Interim deponitur loco apto ante altare defunctus positione ipsi congrua, ut supra n. 823 dicitur.

832. Missa exsequialis celebratur more omnibus Missis consueto.

In Preces eucharisticas secunda et tertia adduntur intercessionem propriae.

833. Dicta oratione post Communionem, etiamsi Episcopus non celebraverit, vel, si sacrificium eucharisticum locum non habuerit, post completam liturgiam verbi, Episcopus, indutus respective casula vel pluviali, accipit mitram et baculum et pergit ad feretrum, ubi, stans versus ad populum, habens apud se diaconum et ministros cum aqua benedicta et incenso, ritum ultimae commendationis vel valedictionis pervolvit.

Si vero sepulcrum est in ipsa ecclesia, hic ritus convenienter peragitur ad

829. Pokud se nekoná zastavení v domě zemřelého, vykoná biskup nebo jeden z kněží tuto část obřadů u vchodu do kostela.

830. Při vstupu do kostela a na začátku mše se má obvykle zpívat jediný zpěv, jak je uvedeno v misálu; avšak pokud to vyžaduje zvláštní pastorační důvod, může být k němu připojeno jedno z responsorií uvedených v Římském rituálu.

831. Když biskup přijde k oltáři, odloží berlu a mitru, uctí oltář a podle vhodnosti jej okouří. Přistoupí ke katedře, kde odloží pluvál a oblékne ornát. Biskup může, pokud se to zdá vhodnější, odložit pluvál a přijmout ornát když přijde k oltáři ještě před úklonou a políbením.

Mezitím se tělo zemřelého uloží na vhodné místo před oltář, v polozi, která mu přísluší, jak je uvedeno výše v č. 823.

832. Pohřební mše se slaví obvyklým způsobem jako každá jiná.

Ve druhé a třetí eucharistické modlitbě se přidávají vlastní přímlyvy.

833. Po modlitbě po přijímání, i když biskup neslavil mši, nebo – pokud se eucharistická oběť nekonala – po skončení bohoslužby slova, biskup, oblečený podle okolností buď do ornátu, nebo do pluválu, přijme mitru a berlu a přistoupí k rakvi. Tam stojí tváří k lidu a vedle něj jáhen a přísluhující se svčenou vodou a kadidlem. Biskup vykoná obřad posledního rozloučení.

Pokud se hrob nachází přímo v daném kostele, tento obřad se dle zvyklostí

sepulcrum. Tunc fit processio et interim fiunt cantus de quibus in Rituali Romano.

834. Deinde Episcopus stans prope feretrum, depositis baculo et mitra, profert invitationem: *Dēbitum humani corporis*, vel aliam similem. Et omnes aliquantulum silentio orant. Tunc Episcopus aspergit et turificat corpus. Interim cantitur *Subveníte, Sancti Dei*, vel aliud responsorium ut in Rituali Romano indicatur. Aspersio et turificatio fieri possunt etiam post cantum. Demum Episcopus dicit orationem: *In manus tuas*, vel aliam aptam.

835. Si corpus defertur ab ecclesia ad coemeterium, Episcopus vel expectat ad cathedram dum corpus defertur ex ecclesia, vel statim redit ad secretarium. Si vero Episcopus ipse processionaliter funus comitetur, tunc processio fit ut in prima statione et cantari possunt psalmi et antiphonae, de quibus in Rituali Romano.

836. Cum ad coemeterium pervenerit, Episcopus, si casus fert, sepulcrum benedicit, depositis baculo et mitra, et dicta oratione de qua in Rituali Romano, si adsit consuetudo, aqua benedicta aspergit atque deinde incensat tumulum et corpus defuncti.

837. Tumulatione fit vel statim vel ad finem ritus; Episcopus potest monitionem *Quia placuit dicere*, de qua in Rituali Romano.

838. Deinde Episcopus potest orationem fidelium proponere, dirigens monitionem, diacono vero intentiones proferente, quam concludit oratione: *Fac quaesumus Domine* vel alia ex iis quae in Rituali Romano proponuntur. In fine adiungitur versus: *Requiem aeternam*, et

vykoná u hrobu. Pak následuje průvod, při němž se zpívají zpěvy z Římského rituálu.

834. Biskup se postaví u rakve, odloží berlu a mitru a pronese tuto nebo podobnou výzvu: *Je třeba prokázat naemu zemřelému poslední službu lásky*. A všichni potichu modlí. Pak biskup pokropí tělo a okouří je. Při tom se zpívá *Svatí Boží přátelé* nebo jiné responsorium uvedené v Římském rituálu. Pokopení a okouření může následovat až po zpěvu. Potom biskup říká modlitbu *Dobrotivý Otče, do tvých rukou odevzdáváme* nebo jinou vhodnou modlitbu.

835. Jestliže se tělo nese z kostela na hřbitov, biskup může počkat u katedry, dokud není tělo vyneseno z kostela, anebo se hned vrátí do sakristie. Jestliže biskup sám doprovází pohřeb v průvodu, koná se procesí stejným způsobem jako při prvním zastavení a mohou se zpívat žalmy a antifony, z Římského rituálu.

836. Po příchodu na hřbitov biskup, je-li třeba, požehná hrob. Odloží berlu a mitru a po modlitbě z Římského rituálu, a pokud je to zvykem, pokropí a okouří hrob i tělo zemřelého.

837. Rakev se zemřelým se spouští do hrobu buď hned, anebo po skončení obřadu. Biskup může pronést výzvu z Římského rituálu *Loučíme se s naším zemřelým bratrem*.

838. Poté může biskup přednést modlitbu věřících: pronese úvodní výzvu, jáhen přednáší jednotlivé úmysly; biskup přímluvy zakončí modlitbou *Smiluj se, Bože, nad tímto svým zemřelým služebníkem*, nebo jinou modlitbou z Římského rituálu. Na závěr se připojí verš *Odpočinutí věčné* a

haberi potest aliquis cantus, secundum locorum consuetudines.

839. Si Episcopus ipse non celebrat, praesideat liturgiae verbi ad cathedram, pluviale retinens. Idem facit si, omisso sacrificio eucharistico, peragitur liturgia verbi ut in Rituali Romano indicatur.

In peragendis exsequiis sive parvulorum sive adultorum secundum alios typos in Rituali Romano praevisos Episcopus se gerit modo supra descripto, opportunis mutationibus inductis.

podle místních zvyklostí se může zařadit nějaký zpěv.

839. Pokud biskup sám neslaví mši, předsedá u katedry bohoslužbě slova a ponechává si pluvíál. Totéž činí i tehdy, když se – bez slavení eucharistické oběti – koná bohoslužba slova, jak je uvedeno v Římském rituálu.

Při slavení pohřebních obřadů dětí i dospělých podle jiných forem uvedených v Římském rituálu postupuje biskup stejným způsobem, jak je popsáno výše, s příslušnými úpravami.

**PARS VII, CAPUT VII
DE MORTE ET EXSEQUIS EPISCOPI**

1157. Infirmirate et morbo affectus, Episcopus suo populo exemplum praebens, sacramentum Paenitentiae et Eucharistiae accipiat, et, si graviter aegrotat, Unctionem infirmorum.

1158. Morti vero proximus et certior factus, Sanctum Viaticum petat et accipiat secundum ritum qui in Rituali Romano describitur.

1159. Cordi sit presbyterio et praecipue Collegio consultorum vel capitulo ecclesiae cathedralis, assistentiam spirituales Episcopo praebere in agonia, praecipue curando ut commendationis preces apud eum recitentur et in tota dioecesi fideles pro eo orent.

1160. Cum Episcopus expiraverit, dicantur preces in Rituali descriptae.⁹ Deinde induatur defunctus vestibus coloris violacei et insignibus Missae stationalis, et etiam pallio, si eo rite fruebatur; baculus vero non ponitur. Si Episcopus, translatus ex aliis sedibus, plura pallia acceperit, haec in ipsa capsula defuncti ponuntur nisi ipse Episcopus, dum vita fruebatur, aliter statuerit. Postea, donec transferatur in ecclesiam cathedralem pro exsequiis celebrandis, corpus Episcopi exponatur in loco apto ubi fideles possint eum visitare et pro eo orare. Apud feretrum vel in ecclesia cathedrali celebratur vigilia vel Liturgia Horarum pro defunctis.

1161. Die et hora opportuna, convocetur clerus et populus ad exsequias Episcopi in cathedrali ecclesia peragendas. Exsequiis praesidet Praeses Episcoporum regionalis vel Metropolitana, et cum eo

**ČÁST VII, KAPITOLA VII
SMRT A POHŘEB BISKUPA**

1157. Když biskup onemocní a je stížen chorobou, ať dává svému lidu příklad tím, že přijme svátost pokání a eucharistii, a pokud je vážně nemocen, pomazání nemocných.

1158. Když se pak blíží smrti a je si tím jistý, ať požádá o svaté viaticum a přijme je podle obřadu, který je popsán v Římském rituálu.

1159. Ať kněží, a zvláště sboru poradců nebo katedrální kapitule, leží na srdci poskytnout biskupovi duchovní pomoc v agónii, zejména dbát o to, aby se u něho konaly modlitby doporučení umírajícího, a aby se v celé diecézi věřící za něj modlili.

1160. Když biskup zemře, ať se říkají modlitby popsané v Rituálu. Potom se zesnulý oblékne do roucha fialové barvy a s odznaky stacionální mše, a také do pallia, pokud jej po právu užíval; berla se však nedává. Jestliže biskup, přeložený z jiných diecézí, přijal více pallií, tato se vloží do rakve zesnulého, ledaže by biskup, dokud žil, rozhodl jinak. Poté, dokud nebude přenesen do katedrály ke slavení pohřebních obřadů, ať je tělo biskupa vystaveno na vhodném místě, kde je mohou věřící navštívit a modlit se za něj. U rakve nebo v katedrále se koná vigilie nebo Liturgie hodin za zemřelého.

1161. Ve vhodný den a hodinu, ať je svolán klérus a lid ke slavení pohřebních obřadů biskupa v katedrálním kostele. Pohřebním obřadům předsedá předseda místního shromáždění biskupů nebo

concelebrent alii Episcopi necnon presbyteri dioecesis.

1162. Exsequiae celebrantur ut describitur supra nn. 821–838.

1163. Episcopus celebrans principalis ultimae commendationi sollemniter praesidet.

1164. Corpus Episcopi dioecesani defuncti sepeliatur in ecclesia, quae de more sit ecclesia cathedralis suae dioecesis. Episcopus qui sedi renuntiaverit sepeliatur in ecclesia cathedrali suae ultimae sedis nisi aliter ipse providerit.

metropolita, a spolu s ním koncelebrují ostatní biskupové a také kněží diecéze.

1162. Pohřební obřady se slaví tak, jak je popsáno výše v čísl. 821–838.

1163. Biskup hlavní celebrant mše předsedá slavnostně poslednímu rozloučení.

1164. Tělo zesnulého diecézního biskupa ať je pohřbeno v kostele, který je obvykle katedrálním kostelem jeho diecéze. Biskup, který se vzdal stolce, ať je pohřben v katedrálním kostele své poslední diecéze, ledaže by sám jinak rozhodl.